



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XII. Abt Irminhard bekundet einen Tausch über Besitzungen mit dem
Vogte des Klosters Dieterich von Wichmannsdorf, am 16. Mai 1162.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

dericus aduocatus, Theodericus de angerm.*), Badericus, Bruno et Haolphus de Gerfloue, Otto de Bardenleue, Euerhardus et Hermannus de plozeko cum ceteris fidelibus. Si quis igitur deinceps quod abist futurorum vel presentium hec confirmationis nostre scripta temere infringere temptauerit vel exiguum hoc oblationis nostre munusculum ab ecclesia prefati martyris sancti Laurentii tollere presumpserit, nouerit se nostro rogatu ab episcopo Halberstadeni odelrico cuius auctoritati subiacet perpetuo damnatum anathemate ireque Dei omnipotentis et vindicte, sanctorumque omnium irremediabiliter tam diu obligatum subiacere, quousque presumptionis sue reatum cognoscat et omnipotenti Deo prefateque congregatione digne satisfaciat. Data Anno dominice incarnationis M^o. C^o. LX^o, Indictione VIII^o. Actum Euendorp, XV. Kal. Februarii, In Dei nomine feliciter Amen.

Nach Gercken's Cod. I, 11. 12.

*) Angermunde nach dem Copialbuche, also nicht Angern, wie nach einem Abdrucke dieser Urkunde in dem Orig. Guelf. II, 483.

XII. Abt Irminhart befundet einen Tausch über Besitzungen mit dem Vogte des Klosters Dieterich von Wichmannsdorf, am 16. Mai 1162.

In n. f. et ind. Tr. omnibus universalis ecclesie fidelibus in perpetuum. Ego irminhardus, diuina cooperante clemencia huius hildesleuensis cenobii secundus abbas dictus, tam futurorum quam presentium ob precavandas execerande avaricie fallacias, notum esse cupimus sancte vniuersitati fidelium, qualiter advocati nostri, thiderici de wichmanstorp, tum precibus tum minis per suos suorumque nuntios sepius ammonitus, vix demum fratribus nostris acquiescentibus, molendinum in nentorp, ex toto dirutum (sic!), uxoris eius berchte, cuius hereditatis iuri subiacebat, stabili consensu, cum omnigenis vtilitatibus scilicet piscacionibus, viis et inuis, aquarum decursibus, usque ad vadum heddigi vicissitudine reciproca, vtriusque partis concordie pace, tam nobilium quam ministerialium aliorumque testimonio fidelium, suscepimus atque ex debitis fratrum nostrorum stipendiis in majori drakenstede V mansos, VI vero in hac hildesleuensi marcha, alio manso commutatum in arkefleue quoque mansum firma astipulacione talique condicione, scilicet ut qui hoc testamentum infringere uoluerit, XX^a. talenta cum prefati molendini restauracionis sumptu computato restituat, tradidimus, atque sigilli nostri impressione fideliumque testimonio confirmauimus, quorum sunt hec nomina: haolfus et bruno de gerfleue, bernardus cum filio suo friderico, geuenardus de meseberg, meynhardus de wederig, rothardus et ludigerus de haldesleue alique quam plures fidelium. Datum anno domini M^o. C^o. LXII^o. Indict. VIII^a. Actum Niendorp, XVII. kal. iunii, in dei nomine feliciter amen.

Cop. I, fol. 15.

Anmerk. Diese Urkunde gehört wahrscheinlich in eine frühere Zeit, da Irminhart im Jahre 1162 schon zu den Verstorbenen gehörte. Doch enthält das Copialbuch I, 15 deutlich die obige Jahresbezeichnung, die vermuthlich aus einer Verwechslung mit dem Datum der folgenden Urkunde entstanden ist.